ait dns· quod si pugnaueritis contra caldaeos: nihil prosperum habebitis.
Haec erat causa irae regiae quare praeferrat mendatio ueritatem· &
tam urbem hierusalem quia sedechiam regem dixerat esse capien
dum· quodque grauius est uisurum eum ora regis babilonii· &
locuturum humilem atque captiuum· cum inpotentissimi regis in
sania· grauior enim terror est uidere quem timeas. & ante increpa
tionem uerborum quam penarum sustinere cruciatum· & in baby
lonem inquit ducet sedechiam· & ibi erit· pro quo lxx transtulerunt
& babylonem ingredietur· quorum alterum inuitum trahi alterum
uoluntate pergere significat· & ibi inquit erit; Uerbum ponit
ambiguum· ne uideatur cruciatus & miserias prophetare· quod
que sequitur· donec uisitem eum ait dns· & si pugnaueritis aduer
sum caldaeos nihil prosperum habebitis: In lxx non habetur· pruden
ter que sententiam temperauit· quae ad bonam & ad malam par
tem referri potest; Uisitatio enim ut saepe dixi· & consolationem
significat & supplicium; & dixit hieremias; factum est uerbum
dni ad me dicens; ecce anamehel filius sellum siue salom patru
elis tuus: quod ebraice dicitur dodach uenit ad te dicens: eme tibi
agrum meum qui est in anathoth· tibi enim conpetit ex propinquita
te emptio; Occulte domini ad hieremiam dicit factum esse sermonem· Nemo
scire poterat nisi ipso indicante ad quem factus fuerat· & prae
dicitur ei quod uenturus sit ad eum anamehel patruelis suus:
& possessionem agri qui suus fuerat delaturus esse aut ipsum locum
in anathot· de suburbanis quae sacerdotibus per singulas tribus & ciuitates

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0325